



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Romæ res Septentrionales iuuat apud Pontificem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

do erit, sub potenti manu Dei, dans illi gloriam,
cui soli ea debetur, & sibi seruans, quod solum a-
pud se reperi potest, defectum, corruptionem,
miseriam, & alia multa. Hæc autem dona enim
vero sunt maxima, & altissimarum cognitioni
rerum sterili, inertique haud paulo præoptanda.
Igitur hac noua diuinitus prælucente menti face,
inspiciens se homo Dei, despiciensque, & ab hu-
mani plausus titillatione pectus perpurgans, quo
fundamētum firmius posuit, quò altiores in san-
cta humilitatis fœcūdo gremio radices egit, hoc
molem ædificij celsiorem superstruxit, hoc vbe-
riorem deinceps in segetem māsurarum frugum
exuberauit. Salutata Laureti ingenti sensu Deipa-
ra, ybi & latinam concionem in sacrosanctæ Tri-
nitatis solemni, sacris operante Cardinali Otho-
ne, habuit, in urbem sanctam peruenit, ipsi san-
ctissimo Pio quinto Pontifici expectatus, cupien-
ti coram ex eo de rerum statu remedioq; cognos-
cere. Nec exigua pars ipse fuit Canisius, vt Consil-
lium quatuor Cardinalium constitueretur, quo-
rum curę in iuuando Septentrione excogitandis
viis idoneis, vrgendaq; restituzione religionis per
cas oras proprie vigilarent. Concessit autem illi

*Rome res Se-
ptentrionales
iuuat apud
Pontificem.*

k. 3 beni-

benigne Pontifex spiritualia quædam postulata: interq; cetera perfectæ expiationis gratiam fecit Paulo Hoffæo propter laborem, quo perfunctus iam erat in vertendo germanice, vulgandoq; Ca- techismo Romano, sicut & cōcesserat inchoanti.

Magnam Socij Romani ex conspectu tanti viri, & raris virtutum eius exemplis capiebant a- nimo voluptatem, & alacritatem concipiebant ad imitandum. Idemque pia etiam adiungebat hortamenta linguae. Nam certatim inuitatus per domicilia nostra spirituales habebat homilias, quarum vnam ad Tyrone Augusti Kalendis ha- bitam, memorabilem fecit oblata inde beato Sta- nislaoo, quem supra narrauimus ab eo missum Ro- mam, sui prædicendi finis occasio. Cum enim ex vulgari Italorum verbo, quo se feriari Augustum eo die dictitant, orationem Pater instituisset de modo, ac via qua se comparare quisque posset ad menses omnes quam bellissimè feriandos, hoc est, optimè, ac sanctissimè transfigendos, eamque docuisset esse, ut vbi nouus mensis appetit, cum quisque futurum sibi supremum arbitraretur, se- que ita componeret tanquam planè effete o mē- sc mortem appetitus. Beatus Stanislaus pro-

*Beatus Stanis-
laus occasione
exhortationis
Canisij pradi-
cavit suum obitu.*

